

## Præfatio ad Lectorem.

Ominari profecto hinc licebit, etiam alios aliarum Gentium viros doctos & sagaces operam omnino seculam navaturos, ut geminas de aliis argumentis Physicis Observationes ad locupletandum Penam Philosophicum comparatas, summa, qua fieri poterit, cura & fide congerant & juris publicis faciant.

Credibile vix fuerit, siquidem eo pacto omnes Nationum politiarum Mentis Illustres unanimi consensu in tam Nobilem se tradere curam vellent, & Ingenia, Opes & Operas ad indagandam Vim Naturæ & abdita illius eruenda Mystéria consociare, quot & quanti momenti Arcana prorumperent, per que se Mundus agnosceret, intelligeretque, quantam Materiam & opportunitatem rebus à se conditis incluserit Sapientissimus Author, quamque Universam hoc abundet rebus, quarum acquisita Cognitio non Humana tantum Naturæ eveheret dignitatem, sed & Humana Vitæ commoda quam maxime adauget.

Libellum ipsum quod attinet, nolumus equidem ampliori Præloquio iudicium Lectoris antecapere: Id potius rogamus, ut suam de eo sententiam, usque dum evolverit & perpenderit totum, differre, queque de hinc ipsi in Historia hujus Amplificationem subvenerint, in medium conferre velit. Vale, Lector Amice, & Tui Studiosissimo save

HENRICO OLDENBURG

Soc. Reg. Secr.

---

## ERRATA.

PAGE 7. lin. 1. lege *interidre* Scio, *Lactuca*. p. 9. l. 19. l. *excortiationis*. p. 17. l. 1. l. *per diem* p. 36. l. 3. l. *productiones*. Ib. l. 13. l. *aliquid* l. *cis*. Ib. l. 24. l. *latitudinem*. p. 59. l. 16. l. *ductis*. p. 60. l. 1. l. *Papilionis*. p. 82. l. 19. l. *transacto*. p. 97. l. 15. l. *bis pro ter bis*. In Epistola ad Malpigh. p. 3. l. 6. l. *proficiet*. p. 4. l. 1. l. *fore*.